



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Geisenfeld.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

1598. CHRISTOPHORVS à Dachenrod.
 1599. HERCVLES Khuen à Belasi.
 1607. WOLFGANGVSERHARDVS à Muggental.
 An. 1608 WILMVS von der Hees.
 1608. HERCVLES Khuen à Belasi secundo.
 1613. WOLFGANGVSERHARDVS à Muggental, secundo.
 1618. IOHANNES THEOBALDVSHumpits.
 1619. WOLFGANGVSERHARDVS à Muggental, tertio qui mihi hunc Catalogū communicavit.

GARSS, vide supra Auu, &c.

GEISENFELD.

MONASTERIVM Monialium S. Benedicti, Diœcesis Ratisbonenſis, ad Ill. Mum fluium. Institutum est hoc Cœnobium per Eberhardum, Comitem de Sempta & Ebersperg, consensu cōiugis suæ Adlhaid, nec non fratris sui Adalberonis, illiusque coniugis Richlindæ siue Richldæ, sororis Welfphonis tertij. Vetus liber ibidem de fundatione huius Cœnobij scriptus habet, fundatorem, fuisse Albertum Comitem de Muorach, cui insignia ibidem apponuntur, quib. hodie Nobiles de Muorach vtuntur, atque annus ponitur 830. Concedo hos Comites tunc Comitatum Muoracenſem in Norico possedisse, ab eo (vti tunc mos erat, familias Nobilium à castris ac dominijs denominari) Comites de Muorach vocatos, ac illis insignibus vsos, sed erant familiæ Comitem de Sempta & Ebersperg, & erratum est tam in nomine, fuit enim Eberhardus, quàm in numero annorum, qui fuit 1030. aut secundum alios 1037. vt habet Chronica Eberspergenſis Monasterij. Ac Ioannes Auentinus in Annalibus suis fol. 530. Probatur etiam hoc per Confirmationem sequentem Henrici tertij Imperatoris, &c. Muoracensis ille Comitatus postea in manus Ortenbergenſium Comitum venit, à quibus Ludouico Duci Bauariæ anno Domini 1285. venditus est, qui in fraterna diuisione filiorum eius, anno 1329. Palatinis Rheni cessit, in quorum potestate & nunc est.

VXOR fundatoris ibidem dicitur fuisse familiæ Austriacæ, cui etiam noua Austria insignia assignantur, quod non conuenit. Nam tunc temporis illa nondum nota erant. Et Auent. dicit eam fuisse ex Saxonia oriundā. Liberaliter dotarunt fundatores hoc Monasterium multis prædijs ac bonis dantes nempe in Austria, Elspach, Lengenbach, Alpershouen, Freinstain & Garspach, cum pertinentiis, & decem vineis. In Bauaria castrum Sinzburg, vnà cum nemore Sinz-puech: in quo adhuc extant eius vestigia, das ast *Burckstal*/ Item Sanspach, & Lanquaid, cum omnimoda iurisdictione, & iure venandi, ad castrum illud pertinentibus.

IN SUPERIORI Bauaria dederunt villam Geisenueld, vna cum proprietate, dem Xigen & foresto, Item Gutigenhausen, nunc Gickenhausen, prope Meissenhausen, Item Menzenbach, Feilenbach, & Gamershaim, cum pertinentiis.

TESTES huius fundationis & dotationis, Babo Comes de Scheirn, Vlricus Marchio, Adalbero Marchio, Odacker frater eius, Babo, Engeldie, Arbo, Magonus, Sudi, Artolph, Chuno de Vochburg, Wernherus de Glana, Gotescalcus de Marpach, Wernher de Prunn, Gerungus de Liuienstorff. Et postquam Monialibus permillum pro libitu eligendi sibi Aduocatum, elegerunt agnatū fundatoris, Com. Hartuicum. Confirmavit hæc omnia Henricus tertius Imperator, anno Domini 1040. Testes huius diplomatis, Vlricus Marchio vnser Shaim scil

Not. M. S. lib. expres- se memorat Eberhardū Comitem de Murach, Coniugem fundatoris Austriam Adlhaidē prorsus idem m. m. SS. & apparet h. loco nōm. la esse sup- posita aliū- de.

Qua M. M. S. S. conti- nētur paulo post siue bo- na exhibe- bantur: alia quorū hic mentio fa- cienda loco Et tempore magis com- modiori re- scripta vo- lumus.

scil. Imperatoris, Comes Wergandus de Mospach, Chuno de Eschenbach, Erchingerus de Schambach, Hartvicus de Perckouen, Wezl de Lintach, Adalbero de Perg, Magonus de Frickendorff, Dietmarus de Asinekhouen, Rupertus de Operamhausen, Chuno filius Poponis, Thiemo de Vmbelstorff, Vdalscalcus de Eysendorff, Greimoldus de Mieransperg, Erbo de Münster, &c.

PRIMA Abbatissa ibi Domina Gerbirgis, filia Wichberge, alias Willibirgæ, sororis fundatoris, pater Gerpirgæ ignoratur.

WICHPERGA, mater Gerpirgis primæ Abbatissæ, dedit huic Monasterio, per manum Vlrici Marchionis, Elspach, cum vineis in Austria sitis. Auentinus ascribit illi adhuc alias duas filias, Hadmuet & Luickhart, cuius maritus Wergandus (vt puto supra nominatus testis foundationis,) Comes de Mospach.

INSUPRADICTO vetusto traditionum libello scriptum reperio, Adalberonē Clericum cum fratre suo Marquardo, filiis Adalberonis Ducis (Nam Dux erat Charinthiæ, expulsus quidem per Conradum secundum Imperatorem, Anno 1037. Titulum tamen tam pater, quàm filij retinebant Ducatus Charinthiæ, iuxta Auentin in annalibus suis, fol. 512. 513. 540 544. 639. Idem in Epitome) Dominæ Gerpirgæ Abbatissæ, ac illius Aduocato Erchingero (fortè Superior de Schambach testis foundationis) dedisse syluam Mospach. Causa huius donationis, quod pater eorum Adalbero, non ille fundatoris frater, sed qui Dux fuit Carinthiæ, ibidem in Geisenfeld sepeliri voluit. Auent. in Autographo suæmet translationis annalium lib. 5. ponit, Adalberonem patrem cum fratre Ernesto filios fuisse Henrici Ducis Charinthiæ. Ne potes Berchtoldi, Ducis Bauariæ &c. Sed in Latinis annalibus nihil de hac re, similiter nec in impressis vulgaribus, & ego alteram sententiam veriore puto esse, Hæc est, quod mater sua Hadmuet, vxor Marquardi, Marchionis Charinthiæ, Comitissæ in Murz & Murztal parentis sui, erat filia Adalberonis, Com. de Sempt & Ebersperg, soror Vlrici Com. de Sempt, qui pater fuit Eberhardi & Adalberonis, fundatorum. Expulsus igitur de Ducatu Carinthiæ, Adalbero confugit ad suos cognatos. Comites de Sempta in Bauariam atque in Geisenfeld noua plantatione ipsorum elegit sepulturam.

EBERHARDVS enim ac Adalbero fundatores erant cum illo fratres patrueles siue amitini proprii, &c.

ADALBERO, Dux Charinthiæ scilicet expulsus, fratres habuit Eberhardum & Ernestum, filium Adalberonem Clericum supradictum, factum postea Bambergensem Episcopum, qui Episcopatus illi per Hainricum tertium Imperatorem in Comitibus Ottingensibus in Bauaria habitis, collatus est Anno Domini 1052. Vbi idem Hainricus tertius Ducatum Bauariæ Hainrico quarto, filio suo, in beneficium, contulit. Adalbero Episcopus hic obiit, Anno 1057. Bruschi in Metropoli Moguntinensi dicit, hunc Episcopum fuisse Comitem Pogensensem &c. sed errat, teste Auentino, dicto fol. 512. 513.

FRIDERVNA secunda, vt puto, Abbatissa, Amita Ernesti de Hochinburg in Norico, qui contulit Monasterio prædium in Hausen, pro alimentatione sororum suarum, quas ibidem habuit. In supra dicto libro traditionum ita scriptum est Ernestus de Hochinburg de nobilissima prosapia, hi erant Marchiones de Hochinburg in Norico.

TEMPORE huius Friderunæ Abbatissæ dedicata est Ecclesia in Gamersheim, nunc vico nunc procul ab Ingolstadtio, per Vlricum XIX. Episcopum Aichstertensem, qui permutauit ac dedit Friderunæ, ac illius Aduocato Eberhardo decimam in Gamersheim, pro aliis prædiis in Wolffspuech, Anno 1087. tempore Henrici quarti Imperatoris, Testes nobiles auribus tracti, Arbo de Hunestat, Diethmarus de Meckenloch, Henricus de Mulenhart, Burckhardus de Raiten-

puech (Raitenpuech est arx siue castrum ad Episcopatum Aichstetensem perti-
neas, vnde forte hic testis nomen habet) Wernherus de Thann, Meginhardus de
Wangenpach, Gerungus de Liuvvenstorf, Vlricus de Bozan.

PRÆDICTVS Aduocatus Monasterij Eberhardus erat filius Eberhardi, Co-
mitis de Rāzenhouen, familiae Abenspergensis, & Domine Mechtildis vxoris
eius, sepulcorum in Geisenfeld &c. quæ etiam quoddam prædium dedit Mona-
sterio, tempore Friderunæ Abbatisæ.

RICHILDA Abbatisa, cuius tempore Otto Palatinus de VVidlsbach erat Ad-
uocatus Monasterij, transegit cum Diepoldo, Marchione de Vochburg, super
differentiis aliquibus, Testes, Gebhardus de Hüttenburg, Vlricus de Wald (quod
situm est prope Lanquait. nunc domus Parochialis) Amelpertus de Sechouen,
Rocho de Wagenpach, annus non est ascriptus, sed Gebhardus de Hüttenburg
primus testis, qui fuit ex familia Bieburgenfium & Abenspergeñ, Comitum, vt
in illorum Genealogia latius habetur. Vixit anno Domini 1133.

SOPHIA Abbatisa circa annum 1233. sequuntur cæteræ Abbatisæ, ante
reformationem ibidem notæ nobiles omnes.

ANNA de Wolfstain, Anna Schilvvazin, Vrsula Hächsen ac Kherin, Ottilia de Ab-
sperg, Margaretha Hoferina, Catharina de Münnepach, Dorothea Dürlin, Hele-
na Prunnerin. Post reformationem, Barbara Schnecklerin Augustana, Euphe-
mia Venedigerin Salisburgensis, Catharina de Stettin Augustana.

NOBILES { Beatrix Schaldorfferin de Vagn electa anno 1520.
Hypolita Heustadlin de Ameran,
Sabina de Seibolsdorff,
Anna Maria de Gumpfenberge electa anno 1575.

MONASTERIVM hoc aliquando habuit, sicut alij Principes, suos officia-
rios, seu officiales inter quos Nobiles de Hausen in Freinhausen & Burckstal, qui
fuerunt Marschalci, redemptum est hoc officium ab Alberto Hausner, per in-
tercessionem Ducis Bauariæ, anno Domini 1500. ac postea tanquam Monaste-
rio onerosum abolitum.

Bis per incendium ac bellum misere vastatū est hoc Monasterium, in qui-
bus cladibus etiam pleraque vetera diplomata ac libri interierunt. In sæpe dicto
libro traditionum reperio quasdam alias nobilium familias, quæ tempore fun-
dationis in ea regione fuerunt, nempe de Giestorf, Schmidtorf, Rauning, quod
puto esse Raning, Althausen.

ITEM tempore Friderunæ Abbatisæ testes litterarum circa annum 1087.
Gotscalcus de Marpach, Wolfgangus de Ormarshart, Adalbrecht de Abbotes-
houen, Wernher de Prunn, Vdalscalcus de Münnenhausen, Eberhardus & Hein-
ricus de Empfinpach.

TEMPORE Richildæ Abbatisæ & Ottonis Palatini Aduocati.

BERCHTOLDVS de Schamhaupt liber homo.

TEMPORE Sophiæ Abbatisæ.

DOMINVS Berchtoldus de Ylmerdorf, Eberhardus frater, Agnes ipsorum
mater, Berchtoldi filia, Kunegundis & Richgardis.

HVC Berchtoldum inuenio etiam in monasterij Münchsmünster diplo-
matibus, de Anno 1233.

CATALOGVS ABBATISSARVM MO-
NASTERII GEISENFELD.

L. DN, GERBURGIS Comitissæ Eberhardi de Murach, fundatricis huius mo-
nasterij ex sorore neptis: filia Wilburgis,

ILFRIDE.

- II. FRIDERVNNÄ.
 III. RICHILDA.
 IV. SOPHIA.
 V. CATHARINA Münenpöckin, ob. an. 1165. test. Epitaph.
 VI. MARGARETHA Hoferin ob. an. 1363. juxta mortilog.
 VII. VRSVLA Hächfenackerin. ob. an. 1406.
 VIII. ANNA Schilvvatzin ob. an. 1422.
 IX. ANNA de Wolffstain ob. an. 1429.
 X. OTTILIA de Absperg ob. an. 1472.
 XI. DOROTHEA Dirlin ob. an. 1481.
 XII. AGNES.
 XIII. HELWIGA.
 XIV. GERTRVDIS.
 XV. MECHTHILDIS.
 XVI. ELISABETHA.
 XVII. BERCHTA.
 XVIII. MARGARETHA Eglingerin.
 XIX. HELENA Prunnerin.

Hæ omnes Abbatisse fuerunt ante reformationem; de quibus plura non constant post reformationem.

- BARBARA Schnecklerin, elig. an. 1483.
 EUPHEMIA Venedigerin, Salisburgensis, el. an. 1495.
 CATHARINA à Stöttenelig. an. 1501.
 BEATRIX Schalldorfferin, an. 1520.
 HYPOLITA Heyßädlin, an. 1534.
 SABINA à Seiboldsdorf el. an. 1538. ob. an. 1574.
 ANNA MARIA à Gumpenberg el. an. 1574. ob. an. 1584.
 APOLLONIA Endtgiefferin el. I. Martij an. 1584. ob. an. 1607.
 CORONA Schallerin moderna Abbatissa el. 18. Maij, an. 1607.

Ndem Namen der heiligen vnd vngestalteten Dreyfaltigkeit/ außverhenggen Göttlicher Güetigkeit/ Eberhardt Graf zu Murach / als wür vnderweist wer den auß dem allerheiligwertigsten Befehlen der Heiligen mit kosung / das wir zeitliche vnd irdische Güetter verlassen/ vnd nachsetzen sollen/ vnd erkennen zuerwerben die Ebigen nuzung vnd wohnung die ohn ende inn den Himelen beileiblich seyn/ vnd darumb damit wür nit geben den gebothen des Herrn ein taubs vnuss hören / sonder das wür mörkhen sein nachzuolgen dem Göttlichen Rathe / haben wür etlich Ernde vnd statt vnser vetterlichen Erbs im Osterlande gelegen/ als Elspach/ Legenpach/ Asperschöfen/ Freinstain/ vnd Gerspach mit allem zuegehören/ vnd zehen Weingarten/ auch etlich inn Bayern / als die Singparckh / mit dem Waldr Singpuech/ Samsspach vnd Langquart/ vnd allen andern zuegehören / vnd auch in Obern Bayern das Dorf Geissenfeldt/ mit samde dem aigen vnd forst/ vnd Eigueigenhausen/ vnd Mentzenpach/ Seylenpach/ vnd Waimershaim/ mit allen zuegehören freylich vnd lediglich gegeben/ zu erhöhung der Abtey zue Geissenfeldt / vnd haben vns an vnser Frawen Lichtmehtag nach Christi vnsern Herrn Geburt/ achthundert / vnd im dreyssigsten Jahre aller Gerechtigkeit an allen benannten stucken verziehen vnd gentslich aufgeben / wir haben auch das geneuigt vnd bestätt mit guetem verhenggen vnsern lieben Gemahels Frawen Adlheiten/ vnd auch vnsern lieben Brueders Graf Adalberains / vnd Richlinde seines Gemahels/ vnd nach ander Fürsten vnd Grafen Rathe / vnd haben solchen vnsern willen auß Dabstlichen vnd Rheiserlichen gewalt vnd Mayestat erworben/ geneuigt

stigt vnd bestätt zu sein in den Ehren der Allerwürdigsten Jungfrawen Maria / vnd
 S. Zenonis / vnd das darin vnser / vnser Eltern vnd Vorfordern / vnd nachvolgern ein
 lobliche Bedecknuß wurde gehalten / darumb solien die Frawen alles oben benent frey-
 lich besizen zu ewigen zeiten / mit allen ihren zuegehören vnnnd anhangen / als Geschloß /
 Märckten / Gassen / Weilern / Dorffern / Kirchen / Rhnechten / vnd Dieren / Hoffste-
 zen / Geyueu / gepauts oder vngepauts / Erdrich weeg / vnd vnweeg / aufgengen / vnd
 eingengen / besuechung oder die beschucht mögen werden / Zollen / Mautten / Tafeln /
 Wäldten / Dorffen / Schwaigen / Geaide vnnnd Wildtpan / Wassern / Fischwaiden /
 vnd Fischung / Milen / vnd Milrechten / Weingärten mit allen beweglichen vnd vnbe-
 weglichen / vnd mit allen andern anhangen / nuzung vnd niessung die gefastlich geschri-
 ben / oder benent mögen werden / mit was schickung das ist / das alles geben vnd zuai-
 gen wär / als wär am allerbösten vnd vesten thuen mögen ohn alles widersprechen / vnd wö-
 len das die würdig Abbtissin der sammung zu Geissen feldr auß Kaiserlichem vnd vn-
 sern Rechten frey macht vnd gewaltdi habe / zu ewigen zeiten solch obbenant stätt vnnnd
 endt mit allen frey anhangen als oben beriert ist / inhalten vnd besizen / vnnnd sñr vnd dem
 Gottshaus ein sieglichen Bogt den obgenanten Endten gelegen zuerwellen / oder was
 sñn verzinbt mit aller schickung / mit dem zuthuen / zu nuz vnd niessung des Closters. Ob
 aber yemands / das ob Gott wil nicht geschech / die grohgebung diser vnser gab / die mit
 Bábstlichen vnd Kaiserlichen gewalt geuestiget vnd bestätt ist / fürnamb zuerförm oder
 zuprechen / oder zu freuelin / oder solch vnser gebung nider zudruckhen / oder zubeschwern /
 mit was mas das geschäch / der mueß das an dem Tag des gericht / vor den augen Gots
 ewiglich beweinen in der vnaufleschlichen Zwancknuß / das mit geschech / sonder das
 die vnser gebung von allen ewiglich vnzerbrochen beleib / haben wir den Brief darnach
 schreiben lassen / mit vnser aigen hande geuestet / vñ haben heissen bezaichen mit eindruck-
 hen vnser Sigels / vñ des sindt zeugen / Graf Babo von Scheyren / Vdaleich Marga-
 graf / Adalbero Marggraf / Grafher sein Brueder / Pabo Engeldie / Arbo Ma-
 gonus / Wuch Gerloif / Chuno zu Dohburg / Wernher von Glana / Gotteffhalch
 von Marpach / Wernher von Pran / Gerungth von Luensdorf. geschehen am Tag
 vnd Jare oben benannt.

*Ex aliotra
 dit. lib. M. S.*

Omnes Sanctæ Dei Ecclesiæ fideles tam presentes quam futuri noscant,
 quod celebris memoriæ Eberhardus Comes villam nomine *Geysenuelt* tradidit
 ad altare Sanctæ semperque Virginis *Mariæ*, beatique *Zenonis* structum in eadem
 villa. Tradidit etiam *Veulenbach* cum nemore & Ecclesiis quatuor decimatis,
 insuper *Menzpach* & *Guttichenhusen* cum vniuersis ad hæc territoria pertinenti-
 bus. Nec non quicquid in loco *Gaimersheim* & *Santespach* viculisque adiacenti-
 bus hereditario jure possedit, ea nimirum lege, vt post suum fratrisque sui *Adal-
 beronis* eiusque coniugis *Riblinde* obitum, prædia cum familia, & cum ad ea per-
 tinentibus sororibus ibi feruentibus Deo perpetuo suffragari debeant. Huic rei
 adhibiti sunt testes *Erchenger de Schambach*, *Hærtvich de Perchouen*, *Wet-
 zil de Lintach*, *Adalbero de Perg*, *Magonus de Frikindorf*, *Diemar de Asincho-
 uen*, *Ruotpreht de Operanhusen*. *Chuono* filius *Poponis*. *Timo* de *Vmbelsdorf*,
Vodelschalch de Elifendorf. *Crinold de Mieransperch*. *Ebo* de *Monasterio* & a-
 lij multi. Eadem lege & constitutione, & sub eisdem testibus tradidit ad supra-
 dictum Sanctæ Mariæ Sanctique *Zenonis* altare ad alendas sanctimoniales in-
 partibus Orientis villam, quam jure hæreditario possedit *Geiersbach* dictam,
 cum vineis decem, & omnibus ad hæc jure pertinentibus ordinate & rationa-
 biliter dispositis.

*Tradit. E-
 seispach.*

Novertit plebs vniuersa, quod gloriosa Comitissa *Willibirch* soror præscri-
 ptæ *Heberhardi* Comitis, per manus *Vdalrici* Marchionis tradidit ad altare S. *Mariæ*
 locum

locum qui dicitur *Efelspach*, cum tribus vineis, XX. & III. mancipiis, siluis, & omnibus jure ad ea pertinentibus, in manus filiae suae *Gerbirga* abbatissae, & eius aduocati *Hartvici*, ut in cottidiana oratione sanctimonialium, sui parentumque suorum frequens memoria esset ad Deum, & hi sunt testes. *Wezil*, *Pabo*, *Arnolt*, *Helemprecht*.

Eadem Comitissa *Willibirch* ex petitione filiae suae *Leutkardae* tradidit ad altare S. *Mariae* sanctique *Zenonis* praedium quod vocatur *Solari*, cum fundo Ecclesiae & silua & mancipiis IX. molendino & pratis, ac omnibus quae ipsa ibi haereditario jure possedit ea lege, ne cuiquam in beneficium detur, nec quoquam modo domui Dei auferatur, sed in praebendam praefatae filiae suae *L.* & in memoriam suae animae, defunctique mariti *Werigandi*, omniumque parentum suorum, fororibus ibi Deo seruientibus perpetuo iuffragetur.

Eiusdem *Williburga* filia *Hadmuot* Comitissa tradidit ad altare S. *Mariae* praedium quod dicitur *Hadprehsdorf*, eo jure quo ipsa possidebat. Cuius rei testes sunt *Vdalrich* de *Fornenbach*. *Ruotpreht* de *Reida*. *Heinrich* de *Sunzingen*. *Engelram* de *Merimus*. *Folrat* de *Adelperendorf*. *Reginger* de *Vnzenheim*. *Eisenreich* de *Burmingen*.

Quidam illustris profapiae Clericus *Adalbero* nomine, & Germanus eius *Marchvart* Ducis *Adalberonis* filij dederunt ad altare S. *Mariae* in manus *Gerbirga* abbatissae & aduocati eius *Erchingeri* siluam quam habuerunt in loco *Mospach*. Cuius rei testes sunt, *Gerolt*, *Iacob*, *Rivvin*, *Rapato*, *Starchant*, *Hezil*, *Penno*, *Anno*, *Razili*.

GOTZZELL.

MONASTERIUM Canonicorum regularium sancti Augustini. In Hercimio saltu versus Bohemiam nobilis vir, *Henricus* de *Pholing* (villa est inter montem *Pogen* & *Metenam* riuum juxta *Danubium*.) una cum vxore sua *Mathilda*, Diuo *Bernhardo* Templum *Droschlach* condunt, Monachos ex *Alderspach* euocant, qui, iubente *Henrico*, Duce *Bauariae*, *Rumasfeld* arcem propinquam diruunt, solo aequant, lapides *Droschlachium* uecti, edes inde constructas *Henricus* Episcopus *Ratisbonensis* dedicat, & *Gotszellam* denominat, Anno Domini 1286.

ADDITIONES.

DONATIONIS FORMÆ.

Vniuersis presentes literas inspecturis, Ego *Hainvicus* de *Pföllingen* significo per presentes, quod inspirante diuinæ bonitatis clementia, à quo cuncta bona procedunt, circa sacrum & famosum ordinem Beate *Mariae* virginis gloriosae *Cisterciensium*, sinceris motus affectibus charitatis de bonis & paternis propriis eidem ordini, & specialiter Ecclesiae in *Alderspach* pro remedio & salute animae meae, & omnium progenitorum meorum, cum consensu & consilio coniugis meae Dominæ *Mechtildae*, villam meam in *Droschlach* cum molendino, & piscationem quae se inchoat ad praedictum molendinum, & terminat se apud syluam quae *Panhols* vocatur, atque syluam cum omnibus suis attineantiis, pratis, pascuis, atque venationibus praedictae Ecclesiae donauit & tradidi, &c. Datæ Anno Domini Millesimo Ducentesimo octuagesimo quinto, quarto Calendas Augusti,

Nos